

FR. THOMÆ MARIAE
CERBONI
ORDINIS PRÆDICATORUM,
SACRE THEOLOGIE MAGISTRI,
ET PROFESSORIS IN URBANO COLLEGIO
DE PROPAGANDA FIDE

DE JURE, ET LEGUM
DISCIPLINA
TOMUS QUARTUS,
ET ULTIMUS.



ROMÆ MDCCCLXXVIII.

TYPIS SACRA CONGREGATIONIS
DE PROPAGANDA FIDE.
PRÆSIDUM FACULTATE.

SANCTO PAULO APOSTOLO,

VASI ELECTIONIS, DOCTORI GENTIUM, APUD OMNES
NATIONES EVANGELICÆ LEGIS PRÆCONI PRÆCELLЕН.
TISSIMO, TUBÆ CÆLESTI, COPIOSIORI PRÆ CETERIS
APOSTOLIS DIVINORUM ELOQUIORUM SCRIPTORI,
OMNIUM ÆRUMNARUM PRO CHRISTI NOMINE VICTO-
RI FORTISSIMO, ADHUC IN TERRIS VIVENTI IN PARA-
DISUM RAPTO, IBIQUE AUDITORI FAUSTISSIMO ARCA-
NORUM VERBORUM, QUÆ NON LICET HOMINI LOQUI.



IBI, SANCTISSIME APOSTOLE, ul-
timum volumen hujus mei Operis
jampridem Tibi ipsi destinatum, quoniam singu-
lari beneficio Dei contigit, ut illud absolverim,
nunc qua majori animi mei reverentia, atque
veneratione possum, offero, consecro, & sub
Tuo Nominе valde lаtans emitto. Munus hoc
meum еst quidem omnino impar & pro ea co-
pia meritorum, qua hic in terris ornatus fuisti,
& multo magis pro sublimi illo culmine gloriæ,
qua modo lаtaris in cœlis: verum nullo alio,



DE JURE, ET LEGUM DISCIPLINA

LIBER XXIV.

DE SUPREMA JUDICII POTESTATE ROMANI PONTIFICIS
CUJUSCUMQUE ALTERIUS SENTENTIAE
NULLO MODO SUBJECTA .



Uppremam judicij potestatem , cujuscumque alterius sententiae nullo modo subjectam in Summo Pontifice admitti necessario debe- re , ex iis sane , de quibus in superioribus libris copiose egimus , apertissime consequi- tur . Primatus enim non solam ordinis , & dignitatis , sed etiam auctoritatis , & jurisdictionis , qualen- Adversarii quoque nostri in Summo Pontifice agnoscunt , at- que tuentur , ut sit in illo Suprema judicij potestas , cujuscum- que alterius sententiae nullo modo subjecta , necessario exigit . Nam si qua unquam in re potestas auctoritatis , & jurisdictionis , quæ sit in aliquo , qui præest aliis , quam maxime relu- cet , atque sese prodit , immo vero suas vires potissimum exer- rit , ea sane est Suprema judiciorum auctoritas , alterius sen- tentiae nullo modo subjecta . Hac enim fit , ut Supremum im-

Tom. IV.

A

perans